Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dam Gras aut deo: quod fuistis servi peccati
obedistis autem corde in eam formam doctrine
in qua tradita estis Liberati autem a peccato servi facti
estis iustitiae: in xpo iesu dno nostro S. lucam
Ait. t. Dixit d. i. d. s. Qui fidelis est in modico
et in maiore fidelis est: et qui in modico iniquus
est: et in maiore iniquus est Si ergo in iniquo
mamona fideles non fuistis: quod verum est qs
credet vobis. Et si in alieno fideles non fuistis
quod vestrum est quis dabit vobis. Nemo servus
potest duobus dominis servire. Aut enim unum
odiet et alterum diliget: aut unum adherebit
et alterum contemnet Non potestis deo servire
et mamone. Audiebant autem hoc omnia hec pharisei
qui erant avari: et deridebant illum Et ait
illis Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus
deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus
altum est abhominatio est apud deum ffia vi
Nolite peregrinari lo. c. b. petri apli
in feruore qui ad temptationem vobis fit
quasi novum vobis aliquid contingat: sed communicantes
xpi passionibus gaudete: ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exultantes Si
exprobramini in nomine xpi beati eritis: quoniam quod
est honoris gloriae et virtutis dei: et qui est eius
spiritus semper nos requiescet Secundum lucam
Ait. R. ogabat iesum quidam pharisei
ut manderet apud se Et ingressus recubuit
Pharisaeus autem cepit intra se reputans di-
cere: quare non baptizatus esset ante prandium
Et ait dns ad illum Nunc vos pharisei quod